



**Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu  
Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Sect. IV. De fuso Christi sanguine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)



quod amoris flamma in corde Dominico liquefecit.

Hic alter iste balsami rivus Lacrymæ, non otium tantum, sed libidinis detestationem docet. Cum sceleratus orbis diluvio pleteretur, quadraginta diebus & noctibus calum plorans ploravit, & tamen spurcitas & libidines humanæ gentis abolere nequivit. In hos fletus calum adduxit impurissima hominum vita: hinc illæ lacrymæ. Cur Magdalena tam ubertim & ferid flevit? Contaminata conscientia oculis velut spongas expressit; hinc & illæ lacrymæ, quibus veneros ignes in pectore habitantes extinctum ivit. Deus Israël olim per Maiam ad se trahens, Delevi, ait, ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: revertere ad me, quoniam redemi te. Nubes deletur cum in aquas soluitur; in nube atrâ latent fulgura, tonitrua, fulmina; flante Austro in nimbo tabescit nubes. Magdalena velut nubes atra, ore ac oculis, gestu ac verbis impuros ignes jaculabatur; at verò divinâ flante gratiâ, hæc nubes soluta in lacrymarum aquas contabuit. Et cur rex David tam copiosè flevit, ut lacrymis suum ipse lectum laverit? nam à gemino scelere paratro respiciens aperitissimè fateatur: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Quotidie noctu somni & quietis loco stragulam vestem non solum madefaciam, sed lavabo. Quod Hieronymus ex Hebræo vertit, natate faciam. Deus, quanta diuturnitas & copia lacrymarum, velut rivuli decurrentium, idque proluxâ constantiâ! Nam longo tempore, singulis pane rotis noctibus copiosissimè ploravit in adulterii & homicidii patratî supplicium. Hinc istæ lacrymæ.

Quam in plerisque nostrum, etiam post scelera, rare suunt lacrymæ! Quod si fors fluant, in ipsis siccati genis, in ipso lapsu suo videas interire. O nimis lenta & rara peccatiûm oculorum stillicidia! Ubi ferius ob Christum morientem luctus? Natamus vino, dum suo Christus natat sanguine; diffluimus deliciis, dum pro nobis Christus diffluit mæroribus; vestimur mollibus, dum Christus cingitur coronâ spineâ; delicatè pascimur, dum Christus fel prandet, dum acetum forbet, opibus involvimur, dum nudus pendet orbis conditor; ridemus & cachinnamur, dum in cruce lacrymatur cæli gaudium; dolorem nullum admittimus, nisi coacti, dum Christo dolorum omnium causa sumus. Monitus rex David à Nathane, clamat: *Peccavi Domino.* Et exinde illiditur terra, stratum lavat lacrymis, pani cinerem miscet, delicias omnes repudat. Monet nos Propheta, sed iudex palam monet, monet vincula, livores, sputa, monet lacrymæ veniamque spondent, sed respicientibus. Ubi jam scelerum pœnitudo, ubi motum constans emendatio?

Suam quisque conscientiam rimeatur, & habebimus abundè quod grandibus lacrymis defleamus. O quoties fœdum in homine sævit incendium, nec ille tamen ullis lacrymis istud extinguere molitur! Julius Solinus de Siculo monte ignivomo. *Ætæna, inquit, perpetuè sulfureo igne ardet, & tamen ex eâ manat frigida. Ætæna est cor humanum, fœdo ardens igne libidinum, & tamen tam multum frigida inde profluit. Hinc frigida oratio, frigida poenitentia, frigida & parca elemosyna, frigida & nimium exilis patientia. Ardemus, & pessimos ardores istos lacrymis temperare non satagimus. Omnia tempus habent. Nunc certè flendi tempus est. Si flere non possimus, cor nostrum libidine malè ustularum lacrymis Domini Jesu in cruce fuis lavemus. Ex alto clamat Redemptor: *Revertere ad me, ô homo, quia redemi te.**

§. III. De aquâ è latere Christi profluente.

Tertius fons balsami ex Iride Christo crucifixo defluens est AQUA, non fontana, non putealis, non marina, sed ex ipso Christi pectore hausta. Israëlitis populo sitim nimis quàm impatienter ferente, Deus ad Moysen, *Percuties petram, inquit, & exibit ex eâ aqua, ut bibas*

A populus. Vox Christi crucifixi ad nos est: Populo meo dedi aquam è rupe, at vobis è latere & corde meo. Præcordia mea vobis in aquagium sunt facta.

Christus ad fontem fessis confidens, multa dixit Samaritidi de aquâ vivâ. Et ecce hic illa ipsa est. In cenâ ultimâ misit aquam in pelvum, & pedes suorum lavit, nunc ex ipso pectore mittit aquam lavandis mentibus.

Cum Francogudi anno Christiano M. D. LXII. Maximilianus II. Imp. Romanus pronuntiarctur, ante curiam Aquila biceps albo & rubro vino liberalissimè fluxit in avidissimæ plebis jucundam refocillationem.

En Aquilam bicipitem, humanâ divinâque naturâ constantem, in cruce fixam, candido & purpureo latice, aquâ & sanguine fluentem! Hæc illa per Ezechielem promissa est aqua: *Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Hoc se promissit, qui per Pfalten de seipso dixit: *Sicut aqua effusus sum.* En mater ex oculis, filius ex oculis & corde simul fundit aquam. Tanti redemptio hominis.

Cum vere gemant vites, plorant. En vitæ veram gemmantem & plorantem. Pretiosus hic liquor non oculis solum, sed & pectori medetur. Consilium omnium auctarum est: *Da te ad cordis compunctionem, & invenies devotionem.* Compunctio multa bona aperit, quæ dissolutio citò perdere consuevit. Aqua è Christi latere scaturiens, cordi nostro chrysolea est, illud saluberrimè compungendo. Audimus, legimus, meditamur subinde Christi cruciatus, sed deest cordis compunctio. Quod religiosissimus scriptor his verbis ostendens, *Quia, inquit, ad cor ista non transeunt, & blandimenta adhuc amamus, ideo frigida & valde pigri remanemus.* Ora igitur humiliter ad Dominum, ut det tibi compunctionis spiritum & dic cum Propheta: *Ciba me Domine pane lacrymarum, & potam da mihi in lacrymis in mensurâ.* Ad cordis compunctionem necessariû est, vagationes & excursus mentis tollere, animi sensa colligere, in seipsum descendere. Si vis, inquit vir ille sanctus, corde tenus compungi, intra cubile tuum, & exclude tumultus mundi, sicut scriptum est: *In cubilibus vestris compungimini. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum.* Aqua profluxit è Domini dormientis latere: non inter turbas, sed in quiete compunctio cordis obtinetur. Salubria vitæ monita non legenda tantum vel audienda, sed nobis ipsi expendenda & commeditanda sunt, nec in iis dulciores affectus quærendi, sed animi alacritas ad agendum & pariendum spectanda. Nos plerumque solis inhaeremus caeremoniis, sed ipsam negligimus, de cortice ligamus, nucleum abjicimus. Vestimenta vindimus, non corda.

§. IV. De fuso Christi sanguine.

Fons quartus balsami ex Iride Christo crucifixo defluens est SANGVIS. Ezechiel de aquæ incrementis, *Cum egredereur, inquit, vir ad Orientem, qui habebat fuciculum in manu suâ, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam usque ad talos. Rursusque mensus est mille, & traduxit me per aquam usque ad genua. Et mensus est mille, & traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transvadari. Transivimus per Christi Sudorem, Lacrymas, Aquam è pectore fusam. Nunc verò ad torrentem Sanguinis sumus ducti, quem penetrare non licebit. Moyses olim volumem fœderis legit audiente populo. Deinde sumptum sanguinem resperxit in populum, & ait: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.* Cæremonia fuit, quæ noxas non abluit. Christus dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in Sanguine suo. Hic sanguis Liberalissimus, Nobilissimus, Efficacissimus, Purissimus. Singula hæc paucis explicanda.*

I. Liberalissimus, ad extremam usque guttam pro nobis

Ezech. c. 36. v. 25. mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Hoc se promissit, qui per Pfalten de seipso dixit: Sicut aqua effusus sum. v. 15.

Thom. à Kemp. lib. 1. cap. 21. n. 1. Compunctio necessaria est devotioni. Ibid. num. 5.

Psal. 79. v. 6.

Psal. 4. v. 5. In cubilibus vestris compungimini. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum. v. 13.

4. Sanguis.

Ezech. e. 47. v. 3. & seqq.

Exod. c. 24. v. 8.

Apo. cap. 1. v. 5.

Christi sanguis fuit nobis



Exod. cap. 7. v. 21.

nobis fufus. Moysis vero, fuit fanguis in orâ terrâ Egypti, in pœnam Egyptiorum. Sanguis Christi per totum fe- fe orbem diffudit in orbis salutem. Ad ipfos etiam ma- nes penetravit. Quod Zacharias afferit: Tu quoque in fan- guine testamenti tui emiffi vincios tuos de lacu, in quo non est aqua. In cœlum fublilit, nam & Angelis, ut aliqui cen- fent, gratiam & gloriam promeruit.

Zach. cap. 9. v. 11.

Iulferat Deus e speculis mulierum fieri labrum. Huic 2. Par. c. 4. Salomon nate fufule fuffecit: Funiculus triginta cubito- rum ambiebat gyrum ejus. Huic mari fuffecit pifcina pro- batica, quam Angelus ftatis diebus in unius fanitatem movit. Huic demum Christus, novi Testamenti Ange- lus, probaticum fui Sanguinis oceanum fubftituit. In hoc mari rubro Sanguinis fubmersus est Pharao aver- nalis cum fuis omnibus copiis. Verè non guttatim, nec parçè Christus fuum nobis Sanguinem propinavit, in- ter olivas terræ affufus, in prætorio ad columnam caufus, paliuris redimitus, ad crucis fupplicium eductus, clavis ad crucem affufus; jam mortuus ad ultimam ufque gut- tulam em pretiofi liquoris nihil fubtraxit. Tamquam fi dixiffet: Scio, Sanguis meus peritur: dabo illum, nec expectabo, dum flagris, fpinis, clavis extrahitur; ultero eum exfudabo.

2. Par. c. 4. v. 2.

Inftin. lib. 1. hift. propius fine. Inftini verba funt: Sapia te fân- guine, quem fuffisti, cujus- que in fufu- bilis fempit- fuffi.

Tomyris Scytharum regina, quod Iuftinus commemo- rat, cum hoftis Cyri caput obtiniffet, illud in utrem humani fanguinis plenum mifit, hac additâ crudelitatis exprobratione. Sanguinem fuffisti, fanguinem bibe. Sce- leratus orbis quid nifi fanguinem Christi fuffiebat? Quem fuffit, jam bibat. Sat fanguinis fufum est; nemo hic majorem liberalitatem defideraverit.

Narrat Plinius, in monumenta relatum, M. Acilio & C. Porcio Coff. lacte & fanguine pluiffe, & fæpe aliâs carne. Item ferro in Lucanis, antiquam M. Cralfus à Parthis interemptus est; Arufpices autem cavenda præ- moniffet fuperna vulnera. Et ferro & fanguine pluit eo die, quo in Golgothæo monte interfe & us est Dei Filius, qui omnia fuperna vulnera nobis debita exceptit. Vul- neratus est propter iniquitates noftras. Et quem ad modum, qui amicum e carcere liberare cogitat, omnium custo- dum manus nummis implet; ita Christus humanam gentem ftygiis ergaftulis educturus, flagra, fpinas, cla- vos, crucem, veftef & terram ipsam cruore fuo fatiavit. Sanguis Christi liberaliffimè fufus est.

Isa. cap. 53. v. 5.

II. Nobiliffimus ac pretiofiffimus fuit hic Sanguis. Scientes, inquit Petrus, quod non corruptibilibus auro vel ar- gento redempti estis, fed pretiofo Sanguine quafi agni immac- ulati Christi, & incontaminati. Tam fanè nobilis & pre- tiofus fuit hic Sanguis, ut eo infiniti mundi potuiffent redimi. Empti fumus pretio magno, quo divitè iuftitia abundantiffimè fatiffactum, & in libertatem affertit omnes. Sanguis illius guttula vel unica orbem univer- fum vindicare potuiffet, fed contrâ orbis univerfus nec unica quidem animæ vindicandæ fat pretii fuiffet. Hunc Sanguinem omnes præcæ legi victimæ, tot millena millia taurorum, ovium, vitulorum, & ceteri pecoris majoris adumbrabant; neque enim divina iuftitia cel- fiffet noftrum omnium fanguinem haurire, nifi hic unus fuiffet in lytrum effufus.

Christi fân- guis fuit nobiliffi- mus.

1. Pet. c. 1. v. 18.

1. Cor. c. 6. v. 20.

Victimæ legis præcæ hunc fan- guinem ad umbrabat.

Rex Antiochus Epiphanes habuit triginta duos ele- phantos ad bella eruditos, his offenderunt fanguinem vna & mori, ad acuendos e in prælium. Concitavit in fe Chri- ftus acheronticum elephantem, qui omnibus laboravit, ut hominem innoxium per invidiam ageret in crucem. Egit; porius est voto, fed ingenti fuo damno. Tot fæ- culis captivos perdidit.

1. Machab. cap. 6. v. 34.

Anno M. CC. XL. Pontifice Innocentio IV. in Con- cilio Lugduni, factis Senatoribus Romanis, Cardinali- bus decreta cum pilo rebro purpura, ut eo veftris colo- re monerentur, pro Ecclefiâ, fi opus, fanguinem funde- re. En, Dei Filius, Cæfare Tiberio, Præfide Pilato, fuum omnem pro Ecclefiâ fudit Sanguinem, jus purpuræ ge-

A ftandæ iure meritiffimo confecutus. Formofus in fola fua gra- diens in multitudine fortitudinis fuæ, propugnator ad fal- vandum. Nec tamen defuerunt, qui quæterent. Quætere- brum est indumentum tuum, & vefimenta tua ficut calca- rum in torculari. O nobiliffimus Sanguis, magnum, in- finitum pretium has veftef purpuravit!

III. Efficaciffimus fuit hic Sanguis. Iordanis flumen Samaræ, lepram Naamani abfterfit. At verò Sanguis Christi ad medendum longè potentior, cujus vel una guttula omnium lepram potest abitergere. Sanguis bircu- rum, ut Paulus loquitur, & taurorum, & cinis vitule affe- fus, inquinatos fanctificat ad emundationem carni. At verò Sanguis Christi emundat confcientiam noftram ab operibus mortuis, ad ferviendum Deo viventi. Dila- vium, Deus bonè balneum amplum & feverum, omnia terræ germina, pecus omne, humanum genus uni- verfum, pauculis exceptis fuffocavit, peccata non abluir. hoc verò Sanguinis diluvium peccata fepelit, homini- bus afpirat vitam: falutare proflus balneum. Si cui pau- perum agrotò dicat medicus, Lavare vino, & revale- fces; mox ægrum audiet dicentem: O mi Domine, vix mihi calida est aqua; vini balneum omnem centum meum longiffimè excedit. At Christus omnes, etiam pauperiffimos, non lacte aut vino, non melle aut oleo, non fucco citrino, non liquore rofaceo, fed Sanguine fuo non lavit. Hic non tantum petras, fed & iis duriora ru- pit, non faxea, fed chalybea Judæorum corda. Percu- tentes peccata fuâ revertebantur.

De pretio hujus Sanguinis Auguftinus eximie. Fra- tres mei, ait, fi agnofcimus pretium noftrum, quia Sanguis est Agni, qui funt illi, qui hodie celebrant feftivitatem fanguinis, nefcio cujus mulieris: Et quàm ingraci funt? Raptum est aurum, dicunt, de aure mulieris, & cucurrit fanguis, & pofitum est aurum in trutinâ vel fiterâ, & præponderavit multum de Sanguine. Si pondus ad inclinandum aurum habuit fanguis mulieris, quale pondus habet ad inclinandum mundum Sanguis Agni, per quem factus est mundus? Qualis Agnus est? Quem lupi- piment. Quâvis Agnus est? Qui leonem occifus occidit. Sanguine Agni victus est leo. Ecce fpectacula Chriftianorum. Et ma- gnum est hoc fpectare per totum orbem terrarum, victum leonem Sanguine Agni, educta de dentibus leonum membra Chri- fti, & ad juncta Corpori Chrifti. Certe uti porticus quadro marmore pavimentata, fi lapides lecto fanguine coag- mentatos habeat, velut unum marmor, & opus pane indiffolubile fit; ita fortitudo constantiæque Martyrum & Virginum ftat invicta Chrifti Sanguine. Atque uti horrentes rofæ fanguine plantatæ uberius pullulant, ita nos, rofeta frigore jugulata, revivifcimus Chrifti Sanguine rigata. Dominicus Sanguis efficaciffimus.

IV. Puriffimus est. Fit nonnunquam, ut mater intre- gerrimæ valetudinis parvulum habeat lactentem, fed ægrum; in hujus gratiam amarum ipfa pharmacum fu- mit, ut vis pharmaci cum lacte derivetur ad infantulum. Ita Chriftus, verè mater humanæ gentis, amariffimum exhaufit poculum, ut per fuum nos Sanguinem, velut per lac maternum perpurgaret. Nobis reverâ jejunavit, nobis vigilavit & oravit, nobis fudavit, & cruciatus acerbiffimos toleravit. Nos ægri eramus, fed ipfi fano fectæ funt venæ. Verè languores noftros ipfe tulit.

V. Quomodo & quare fufus hic Sanguis. IN cælo feniorum unus Joannem interrogans, Hi, ait, Ap- ipli quæftioni fuæ refpondens: Hi funt, qui venerunt de tri- bulatione magnâ, & laverunt ftolas fuas, & dealbaverunt eas in Sanguine Agni. Quomodo dealbaverunt, fi fanguine laverunt? fanguis rubet. Sanguis, inquit Auguftinus, in uberibus matris lactantis excoquitur calore ut candefcat: ita Chrifti Sanguis amore tanto pro nobis fufus est, ut igne hoc ex- cactus in maternum lac mutavit jamque cibus nobis fit & po- tus; hoc lavamur, alimur, ornamur. Quod Agnes gemma Virginum

§. V. Quomodo & quare fufus hic Sanguis.

IN cælo feniorum unus Joannem interrogans, Hi, ait, Ap- ipli quæftioni fuæ refpondens: Hi funt, qui venerunt de tri- bulatione magnâ, & laverunt ftolas fuas, & dealbaverunt eas in Sanguine Agni. Quomodo dealbaverunt, fi fanguine laverunt? fanguis rubet. Sanguis, inquit Auguftinus, in uberibus matris lactantis excoquitur calore ut candefcat: ita Chrifti Sanguis amore tanto pro nobis fufus est, ut igne hoc ex- cactus in maternum lac mutavit jamque cibus nobis fit & po- tus; hoc lavamur, alimur, ornamur. Quod Agnes gemma Virginum